

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 23. Tametsi in curandis animarum morbis, sive in absolutionibus  
impartiendis, & pœnitentiis injungendis, animarum Medicus, seu  
Confessarius, hodie ad amussim sequi non debeat veteris Ecclesiæ ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

eclesia, atque hoc spiritu animata Canones supradictos condidit, qui proinde quia parte continent media ordinariè necessaria ad fervandum divina illa præcepta, censeri nequeunt in defutudinem abesse, nec contraria consuetudine abrogati esse. Cum dubium non sit Ecclesia Canones, quatenus aliquid divini juris admixtum habent, prescriptamque in Evangelio vita institutionem interpretantur, firmant, & ad particulares casus applicant, semper obligati. Ut enim S. Thomas ait quodlib. 9. q. 15. quantum ad hoc quod iura illa antiqua continent ius naturale, vel divinum, abrogari non possunt per contrariam consuetudinem, ut pote irrationaliter.

## CAPUT XXIII.

Tame si in curandis animarum morbis, fratre in absolutionibus impartieris, & poenitentias injungendis, animarum Medicus, seu Confessorius, hodie ad amissum sequi non debet veteris Ecclesie morem; aliquousque tamen imitari debet. Eodem quoque, quo veteres Patres, spiritu debet esse animatus, id est eundem in finem collimare, easdemque, quas ipsi, rationes sibi proponere.

<sup>295</sup> **A**liud esse ad amissum sequi, aliud imitari, manefandum est ex eo quod Evangelico oraculo, ejus perfecti sunt Pater vester caelis perfectus est, divinitati perfecti onus imitari jubemus, quam ad amissum five perfecte affectui nobis impossibile est. Itaque quod Medicus animarum aliquousque imitari debet veteris Ecclesie morem, in curandis animarum morbis, five in absolutionibus concedendis, injungendisque penitentias, inde perspicuum est, quod in curandis animarum morbis Canones supradictos respicere debet velut normas divino Spiritu dictatas, & totius Orbis reverentia consecratus, ut Leo Magnus ait. Nam in quantum Christi & Ecclesie filii, agi debet spiritu Christi in Ecclesie, quo Canones illi conditi sunt. Qui enim Spiritus Dei aguntur (qui Ecclesie spiritus est) hi sunt filii Dei. Et, ut praecedunt capite dictum est, in varietate disciplinarum, invariatus manet Ecclesie spiritus, quo Canones illi sic conditi sunt, ut aliqua ex parte non contineant ius pure humanum, sed aliquid divini iuri habeant admixtum. Quicquid proinde vere animatus est Spiritu Christi & Ecclesie, regulas illas non spectat, ut merè politicas Romanorum, Graecorum, Persarum leges, sed ut aliquid de caelesti institutione declarantes, adformando Christianorum mores, saltem quoad ea que num. 272. dixi.

<sup>296</sup> Ideo ergo sapientissimi Theologi, S. Bonaventura in Confessionali c. 3. p. 1. Angelus de Clavafio in Summa Angelica verbo Confessio 6. n. 7. Bartholomaeus de Chaymis Interrogatorii, seu Confessionali sui p. 4. c. 1. docent quod Confessorius sibi ob mentis oculos proponere debet Canones penitentiales, quia lumen sibi, poenitentique affert; qui videant quemadmodum pro peccati ratione penitentia agenda & imponenda sit. In tantum ut S. Bonaventura loco citato dicere non dubitet, quod vix nomen Sacerdotis constabat in eo qui Canones penitentiales ignorat.

<sup>297</sup> Ideo etiam S. Carolus Borromeus in Sacramentali Ambrofiano (quod virorum pietatis studio flagrantum, & doctrinae laude clarorum, fexue Conciliorum Provincialium auxilio adjutus elaboravit, prout in prefatione testatur) tit. Instrutio Poenitentiae sic ait: Patres docuerunt, quiam necessaria admodum sit Sacerdotibus Canones scientia. Esterius si omnia que ad penitentia modum perti-

nent, non prudentia solum & pietate, sed iustitia etiam metienda sunt, certè norma hec è Canonicis penitentialibus sumatur oportet. Sunt namque ii quasi Regule quedam, quibus cum ad culpa commissa gravitatem rectè dignoscendam, tam ad imponendam pro illius ratione veram penitentiam Sacerdotes Confessarii ita dirigantur, ut ubi singula, & que ad poenitentis statum, conditionem, etatem, intimumque contriti cordi dolorem pertinent, accurate perpendant; tum demum penitentiam iudicio ac prudentia sua moderentur. Et in Intruct. Pastor. p. 2. c. 20. Confessorius Canones penitentiales ad unguem sciat oportet. Nam quoniam illi possint & debeat secundum prudentis & timorati Confessarii arbitrium mitigari, prout penitentis contrito, personarum qualitas, diversaque conditio, aliquae circumstantiae offendunt; utilissimum tamen est semper ipsis Canones pro oculis habere, atque ad eos tamquam ad amissum resipere, quantum convenienter erit. Et quidem Confessorius, nisi modo antiquo Canonum penitentiam non habet sequi; tamen penitenti nonnumquam articulos in iis explicatos trahit, ut sic ad maiorem dolorem adducatur, penitentiamque leviusculam, quam ipse dedit (respectivè ad canonicanum) alacrius exequatur.

Similiter Concilium Mediolanense anni 1565. <sup>298</sup>

Constitut. p. 2. tit. 6. monet, ut Confessores canones penitentiales bene securint. Et Concilium Bituricense anni 1584. tit. 21. c. 8. Sacerdotes canones penitentiales dicant, ut modum & rationem penitentia injungenda meis intelligent. Et Synodus Osnabrugensis anni 1628. c. 17. §. 8. Requiritur (in Sacerdote) scientia canonum penitentiarum. Et Synodus Pragensis anni 1605. anno 1650. iusti Archipiscopi recusa, tit. de penit. Confessarii canones penitentiales memoria mandent, ut singulis criminibus congrua satisfactionem injungere valeant.

Catechismus quoque Romanus de Poenitent. <sup>299</sup> Sacram. c. 113. In irraganda satisfactionis pena Sacerdotes nbi suo arbitrio statuendum esse; sed omnia iustitia, prudentia, & pietate dirigenda existimantur. Atque ut bac reguli peccata metiri videantur, & penitentes scelerum suorum gravitatem magis agnoscent, opera pretium erit interdum ei significare, quae pena quibusdam delictis ex veterano canonum precepto (qui penitentiales vocantur) constituta sint.

Denique Guilielmus Parisiensis de Sacram. Poenit. c. 55. dicit, quod nec dubitandum est, Confessores sequi debere canones penitentiales, quatenus & fragilitati nostrorum temporum, & qualitatibus penitentium congruit.

Si canones illos omni ex parte abrogatos sapiensissimi illi Doctores, & cum illis S. Carolus Borromeus, & laudata Concilia confuerint, eorum scientiam adeò Sacerdotibus necessariam non praedicassent, nec Confessarios obligassent, ut eos respicerent, velut normam, quam in penitentis imponendis (cademque est ratio de absolutionibus impartiendis) non quidem perfecte affectui, sed imitari deberent, quantum fragilitati nostrorum temporum, & qualitatibus penitentium congruit.

Jam dicta plusquam sufficiunt ad demonstrandum, quod codem hodie spiritu Confessarii animatus esse debet, quo vetores Patres, seu vetus olim Ecclesia. Ut verus namque Ecclesie filius, Ecclesie Matris sue spiritu esse debet animatus. Idem est autem (ut supra dixi) hodie Ecclesie spiritus, qui fuit olim. Neque variata disciplina exteriori, variatur interior Ecclesie spiritus, sed manet semper idem. Quandoquidem ab eodem hodie Spiritu sancto dirigatur, prout olim, ad eundemque finem principalem collimet, & iisdem rationibus principalibus in praxi sua moveat.

tor. Igitur Confessarius iisdem rationibus principali bus moveri debet , eumdemque suam principalem sibi proponere. Cum codem quo Ecclesia spiritu animatus esse nequeat, nisi eumdem in fidem collinet ; eadem proinde rationes , saltem principales , sibi proponat.

## C A P U T X X I V .

Rationes principales , ob quas laboriosam olim paenitentiam , ante gravium criminum absolutionem , Patres exegerunt , demonstrant aliquid de rigore illo adhuc hodie retinendum , ad consequendos fines , quos sibi veteres Patres proposuerunt : dummodo non damnetur Ecclesie moderne praxis , juxta quam Confessari , ante peractam satisfactionem , usus hodie absolutionis beneficium impartiuntur , quos iusta divina Scriptura & Sanctorum regulas , judicant plene conversos.

**303** **V**arias diurnae laboriosae quic illius paenitentia , dilataque absolutionis causas Morinus referit 1. i. c. 14. 15. 16. 17. Et 1. 3. i. & seqq. Et 1. 9. c. 4. Prima ratio , cur tam duras longaque paenitentias exegerunt , illa est , quam post SS. Patres Tridentini allegat sicc. 14. c. 8. quod scilicet crimina post baptismum commissa valde longeque graviora essent commissi ante baptismum , Deoque specialiter injuria , ratione baptismi , in quo iustificati & amici Dei facti sumus. Profecto divina iusticie ratio exigere videtur , ut aliter ab eo in gratiam recipiantur , qui ante baptismum per ignorantiam deliquerunt ; aliter vero qui semel à peccato , & demonis servitute liberati , & accepto Dei dono , scientes templum Dei exolare , & Spiritum sanctum contristare non formidaran.

**304** Hanc rationem plurimum illustrat Morinus 1. 3. c. 1. 4. 5. 6. & 7. illustrissimeque Patrum testimonis confirmat , ostenditque quod idem criminis post baptismum commissa sine magnis fictibus & laboribus regulariter non remittantur , atque idem Sacramentum Paenitentiae laboriosus baptimus à Patribus fuerit nuncupatus.

**305** Quia vero Patres magnam laboriosamque paenitentiam non solum requirerunt in vindictam & satisfactionem majoris eorum gravitatis , sed & ad placandam Dei iram , eaque placata obtinendam dispositionem necessariam ad peccatorum veniam ; idem laboriosam illam paenitentiam ante absolutionem requirerunt.

**306** Hanc rationem etiam procedere , consipicuum est ex eo quod nec minus gravia modo sunt crimina post baptismum commissa , quam olim , nec facilius si corruptissimo hoc faculo divinam iustitiam placare , veniamque peccatorum , & media ad illam necessaria , veram utique solidamque à peccatis conversionem à divina misericordia obtinere , quam primis Ecclesiæ fœculis , in quibus longè magis abundabat sanctitas , & longè minus regnabat iniurias. Interim nihil magis hodie peccatores fugiunt & abhorrent , quam duros penitentie labores , quibus olim peccatores se lumentissime subjeccebant.

**307** Secunda ratio fuit , quia animarum vulnera , maxime graviora , sic te habere Patres confundunt , similique modo curanda , sicut graviora corporum vulnera , qua morte indigent , ut secundum medicinæ leges carentur. Et sicut nimis ferita curatio , debetque ad fauandum rigoris remissio , vulnera corporale non sanat , sed auget ; ita & de gravioribus animarum vulneribus Patres fenerunt. Sic Cyprianus ratiocinatur in lib. de lap-

s. Sic Clerus Romanus epist. 31. ad Cypri-  
num. Sic sancti Martires & Confessores apud Cyprianum epist. 26. Sic Ambrosius in Psal. 118. in hunc verbum : miserere mei secundum verum tuum. Eadem quoque corporalis vulneris comparatione Patres utuntur , ut offendant , diuturniore & molesto posse intollerabilem indigere peccatores in-  
veteratos , & sapienter relapsos , quam alios.

Sic secundum , & tertium , & adhuc frequentius , in eo-  
dem loco membra frangantur ( ait post Originem Augustinus serm. 38. de temp. ) potest intelligere charitas vestra , cum quantis doloribus vulnera ipsa curatura sunt ; & tamen post longas & multas tribulationes , vix erit antequam ad pristinum statum ipsa valeans revocari. Similis ratio in animarum fracturis esse credenda est. Hanc quoquerationem hodie non cessare , per se manifestum est. Si etiam in re vulnerum spiritualium curatio similis est debet curationi vulnerum corporalium ; non mirum quod Patres , ut spirituales Medici , longas illas & magnas molestias à peccatoribus exeg-  
runt ante eorum curationem , seu sanationem spi-  
ritualiem , etiam imperfectam ; quemadmodum Medi-  
ci corporales eas exigunt ante sanationem cor-

poralem. Tertia ratio dilata absolutionis usque ad pera-  
ctos paenitentia labores ( quam portificaliter vocat Morinus 1. 9. c. 4. in fine ) fuit quia converto-  
vera & solida , seu piena ( ad validam fructu-  
famque absolutionem necessaria ) praesertim post  
graviora crimina , paulatim ordinari acquiritur ,  
& a Deo per bona opera , longisque & ferventes  
orationes gradatim impetratur. Quam rationem  
capite libri tertii ultimo ( inquit Morinus ) non in-  
diligerenter explicavimus. Atque ita est , nos ex  
Scripturis & Patribus cap. 40. & 41. demonstra-  
bimus. Sequiturque ex ratione prima. Laboriosa  
namque paenitentia opera , post graviora crimina ,  
non solum necessaria sunt ad faris faciendum pro  
peccata temporalia , que solvens superest post vi-  
tia peccati ; sed & ordinariè ad imperrandam  
ipsamque peccatorum veniam , evadendamque  
peccata eternam ( prout ex Scriptura & Patribus  
ostendimus cap. 41. §. 1. & 2. ) Si autem ne-  
cessaria sint ad obtinendam peccatorum veniam ,  
evadendamque peccata eternam : per consequens  
necessaria sunt ad imperrandam dispositionem , il-  
le qua nec peccata veniam peccator obtine pos-  
sunt , nec eternam peccata evadere. Hanc etiam  
rationem hodie procedere certissimum est. Ne-  
que enim plena conversionis donum in aliis ho-  
die , quam olim , requiritur ad veniam peccato-  
rum obtinendam per absolutionis beneficium.  
Nec facilis vel citius à Deo hodie , quam olim ,  
imperrandi.

Quarta ratio fuit , quia antiqui Patres admo-  
dum exhorruerunt , ne Sacraenta cum indignis  
communicarent , atque idem diligentissime semper  
caverunt , ne quemquam absolverent , quem prius  
à Deo vel absolutum , vel per plena conversionem  
gratiam à Deo visitatum , per Sacerdotum proin-  
de ministerium mox absolvendum , quantum homi-  
ni fas est ; non cognoverent. Idem ergo res  
graviorum criminum ordinariè non absolverunt ,  
nisi per dignos paenitentia fructus , & laboriosi  
opera se à Deo vel absolvatos , vel ( ut proxime  
dictum est ) visitatos offendherent. Ex dignis nam-  
que paenitentia fructibus , & dicti operibus , non  
ex sola confessione , seu oris protestatione , cognos-  
cendam voluerunt plenam animi conversionem ,  
prout infra cap. 48. & seqq. demonstrabitur. Quod  
cum in ipso quoque divina Scriptura fundatum  
sit , etiamquonam procedit. Nec minus hodie diligenter  
cavendum , ne Sacraenta indignis , seu por-  
cis margaritis conferamus ; ne proinde eos abfol-  
vamus , quos à Deo vel absolvatos , vel per plena

con-